

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas complectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

LOG Id: LOG_0230

LOG Titel: Caput Decimum Sextum. Accarbarium album. Calbahaar puti. - Sestiende Hoofdstuk. Het witte Accarbaar

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Accarbarium album. Calbahaar puti.

Tertia classis Indicorum Coralliorum est *album Accarbarium*, quod pro vero albo Corallio habemus, & in binas dividimus primarias species, in articulata & integram. Articulata, quam in hoc describemus capite, subdivisa iterum est in speciem litoream, & marinam.

Primo. Litorea seu vulgaris species *Accarbarii albi* arbuscula est, sesqui & binos pedes alta, multis adfurgens incurvis ramis, qui hic & illic sibi adcreti sunt, vel crassos transversales ramos emittunt.

Truncum gerit non erectum, sed plerumque inclinatum, pollicem crassum, cui alii crescunt rami, ac talium truncorum plures sæpe una ex radice progermant, qui intricatam tum formant arbusculam, omnesque intricati sibi adcrescunt. Occurrunt tamen etiam aliquando quædam, quæ brevem, simplicem, & erectum gerunt truncum, fatisque rectos ramos, seu parum ad unum inclinantes latus.

Rami compositi sunt ex brevibus nodis seu articulis, transversalem digitum longis, nunc majoribus, nunc minoribus, externe albis, seu pallide cinereis, & profunde striatis, seu sulcatis. Inter articulos sinus est, quo sibi invicem tanquam collo adhærent, hocque collum nigra pellicula testum est, tam arte saxo adcumbente, ut vix abradi possit, atque hæc nigra pellicula ad aliquam partem per albos transit articulos, per quam hi sibi invicem nectuntur, omnes enim articuli non continua, sed contigua substantia sibi cohærent, quavis enim articulus separatim abrumpi potest, tumque extremitates striatæ conspiciuntur, prominensque sulcus articuli quadrat cum incisione alterius, ita ut tota planta coadunata hæreat instar articulorum *Equiseti*, vel magis proprie instar *tertiæ & nodosæ* speciei *Kaly*, in *Zelandiæ insulis* crescentis, quæ peculiariter *Salicornia*, *Zelandis Soutenelle*, *Souterig*, & *Zeekraal* vocatur.

Rami, articuli, & colla non unam & regularem habent proportionem, inferiores enim breves sunt, minimum digitum crassi, superiores culmum crassi, ac vix digiti articulum longi, semper brevibus nigris collis intermediis, fere instar articulorum caudæ *Scorpionis*, quæque in sicca arbuscula facile decidunt, si tractentur. Quædam vero arbusculæ nigra ista colla gerunt longiora articulis, aliæ articulos tam longos, & colla tam angusta, ut unam continuam partem referant. In trunco & inferioribus ramis nigra ista colla plerumque etiam excreta sunt, sed quæ externe unica pars esse videntur, si vero confringantur vel fricentur, semper residuum istius nigra pelliculæ detegi potest.

Tota arbuscula externe obducta est cortice crassiusculo, cinereo, fragili, & arenoso, qui arbusculæ sub aqua speciem præbet silvæ juncæ fluxu fluctuantis, atque hinc inperiti judicarunt, cunctas *Coralliorum* arbusculas in mari adhuc positas herbaceas esse, lapideamque duritiem acquirere primum in aëre; licet concedam, uti sæpius id dixi, sub aqua flexiliores esse.

Arbusculæ recenter protractæ per mensem pluviis & vento exponendæ sunt, ut cinereus cortex mollescat, qui tum facile abradi, vel penicillo detergeri potest. Truncus & inferiores rami sub aqua jam istam amiserunt crustam, sed ibi adcreta est alia calcea substantia, quæ firmior adhæret, nec nisi rasura separari potest. Depurata arbuscula sub pallide cinerea est, intermixto aliquando cæruleo, aliquando luteo colore, superiores rami albi penitus sunt, interne ex albo glaciale habent colorem cum albo parvo corde instar furculi juncæ, circa quod bini tresve volvuli locantur, omnes substantiæ saxosæ & solidæ, quæ supra porphyritum tenuis conterri potest.

Frustra & rami, diu in litore decumbentes, per mare rotundi & glabri redduntur, ita ut striæ fere aboleantur, tantamque acquirunt duritiem, ut non facile frangantur. Si allidantur contra sese invicem, filiceum quasi fundunt odorem, admisto odore tostii panis, quoque odor minus filicius sit, eo præstantior censetur.

Radix

SESTIENDE HOOFDSTUK.

Het witte Accarbaar.

Het derde geslacht van de Indiaansche Koraal-boompjes is het witte Kalbahaar, 't welk wy voor een witte Koraal houden. Verdeelt in twee hoofd-zoorten, ten eerste geleeëde, en ten tweeden de gebeeële. Het geleeëde, 't welk wy in dit Hoofdstuk beschryven, is weder verdeelt in een strand en zee-zoorte.

1. De strand of gemeene zoorte van wit Kalbahaar is een boompje, anderhalf en twee voeten hoog, met veele kromme takken opschietende, die hier en daar aan malkander vast gegroeit zyn, of dikke dwerstakken na malkander zenden.

Het heeft geen regte, maar gemeenelyk een leggende stam, een duim dik, waar op de andere takken staan, en zulke stammen komen dikwils meer als een uit eenen wortel, die dan een verwert boompje maken, alle met baken en oogen aan malkander vast. Men vindt 'er egter ook, die een korte, enkelde, en staande stam hebben, met redelyke regte takken, of een weinig na de eene zyde bellende.

De takken zyn gemaakt van korte leden, een dwersvinger lang, zommige meer, zommige min, van buiten wit of lichtgrauw, en diep gestreept. Tussen de leden is een keep, waar meede zy als met een bals aan malkander hangt, zynde dezen bals met een zwart huideken bekleedt, zoo digt aan den steen leggende, dat men 't kwalijk afschrapen kan, en gaat dit zwart velleken ook een stukweegs door de witte leden, doende de zelve aan malkander hangen. Want alle leden zyn niet doorgaande aan malkander vast gegroeit, maar als op malkander vast gezet, want men kan lid voor lid afbreken, en dan ziet men de eindens gestreept, passende de uitsteekende voor van 't eene lid in de groeffjes van 't andere, zoo dat het gebeeële gewas aan malkander hangt, gelyk de leeden van 't kruid *Peerdesteert*, of nog eigentlyker, gelyk de derde en geknopte zoorte van *Kaly*, in de *Zeeuwse Eilanden* groeiende, in 't byzonder *Salicornia*, in 't *Zeeuws Soutenelle*, *Souterig*, en *Zeekraal* genaamt.

De takken, leden, en balzen, hebben ook niet eenderlei proportie. Want de onderste zyn kort, en een pink dik, de bovenste een stroobalm dik, en schaars een lid van een vinger lang, 't elkens met kleine zwarte balzen tussen beiden, schier als de leden van een *Schorpioensteert*, en aan 't gedroogde boompje ligt afvallende, als men ze handelt. Wederom hebben zommige boompjes de zwarte balzen langer dan de leden. Andere leden zoo lang, en de balzen zoo smal, dat ze een stuk schynen te zyn. Aan den stam en onderste takken zyn de zwarte balzen ook ordinair uitgegroeit, van buiten genoegzaam schynende een stuk te zyn, maar als men ze breekt of wryft, zoo kan men altyd eenige restantjes van dat zwarte velleke daar in vinden.

Van buiten is het gebeeële boompje bekleedt, met een dikagtige, grauwe, brosse, en zandige schorffe, dewelke het boompje onder water, de gedaante van een *Biesenbos* geeft, met den stroom heen en weder dryvende, en de onervarene heeft doen oordeelen, dat alle Koraalboompjes in Zee nog staande, kruidagtig zyn, en de steenhardigheid eerst in de lugt verkrygen. Hoewel ik toesta, gelyk meermaals gezegt, dat ze onder water buigzamer zyn.

De vers uitgebaalde boompjes nu, moet men een Maand in regen en wind leggen, op dat de grauwe schorffe murw werde, die men dan ligt afwryven, of met een borsteltje afscburen kan. De stam en onderste takken hebben al onder water deze korste verloren, maar groejen van onder op met een ander kalkagtige korste, die 'er vaster aanhangt, en niet dan met schrapen af te krygen is. Het schoon gemaakte boompje is van onderen licht-grauw, daar zomtyds wat blauws, zomtyds wat geels onderspeelt, de bovenste takken zyn zuiver wit, van binnen is het uit den witten, ysverwig, met een klein wit berte, als een beesem-ryksen, daar men twee of drie rollen ziet omleggen, alle van een steenbarde en digte substantie, die zig op een steen fyn laat wryven.

De stukken en takken, die lange op strand leggen, werden door de zee rond en glad geschuert, zoo dat ze de strepen schier verliezen, en zoo hard werden, dat ze niet licht breeken. Tegen malkander gewreeven ruiken een weinig keiagtig, daar den reuk van geroost brood onder loopt, en boe minder den keiagtigen reuk is, boe beter men 't houdt.

De

Radix cum inferiore trunci parte variis eminentiis & cavitatibus in faxis duris adeo intricata est, ut vix separari possit, unde & radix vulgo projicitur. In ramis hic & illic quædam conspiciuntur verrucæ intus concavæ, acsi vesiculæ essent.

Secundo. Species marina similis est arbuscula, sed tota ejus forma hominibus huc usque incognita est, quum nil nisi frusta & rami ejus conquiri possint, ex quibus deduci potest, non multum a priore abluere, nisi quod ramos gerat majores & crassiores, alioque formatos modo. Inferiores enim rami palmam vel spithamam longi sunt, digitum vel pollicem crassi, ac parva vel fere nulla nigra gerunt colla, si vero parva vi confringantur, semper in articulis franguntur, in quibus juncturæ dignosci possunt, superius alii, sed pauci breves observantur rami, qui albos articulos & nigra gerunt colla, instar prioris, sed hæc firmiter sibi adhærent, & magis polita sunt.

Crassi rami utcumque etiam politi sunt, in quibus vix Corallinæ striæ dignosci possunt, oblique, & per longitudinem decurrentes.

Externe squalide flava est instar Eboris fordidi, ac tempore cinereum contrahit colorem, interne album est instar vulgaris Eboris, corde albo sed parvo constans, circa quod obscuri undique conspiciuntur volvuli, cum quibusdam residuis nigræ pelliculæ, præsertim in fractis articulis.

Videtur enim in initio penitus articulatam esse instar prioris, sed dein externe alba obduci, & concretam esse substantia, qua nigræ teguntur pelliculæ, quæ tum internæ sunt. Nunquam cortice testæ conspiciuntur, quum plerumque vetustæ sunt, si per mare projiciantur, raro enim ipsarum rami cum hamis adtrahuntur, qui nil aliud nisi mucosum quod adpensum habent.

Substantia hujus Accarbarii lapidea penitus est, sed levior præcedente, & frusta sibi invicem allisa obtusum præbent sonitum, acsi lignum ipsis admistum esset, quod enim sonum edit puri saxi, non tam præstans censetur, quale & id est, quod in litore diu volutum est, hoc enim per solem & mare nimis emaciatum est. Ejus qualitas & virtus ex eo quoque detegitur, si inter fricandum paucum fundat silicinum odorem, sed majorem tostis panis, quem etiam in aqua contritum servare oportet, si propinetur. Alia porro hujus experimenta mox subsequuntur.

Circa Nussanives angulum, ubi maris fundus quam maxime saxosus est, similis crescit arbuscula in mare profundo, cujus plurima frusta anno 1675 in litore ejus Zephyreo inveni, cuncta eleganter alba instar Eboris, tam glabra erant voluta, ut vix Corallinæ venulæ in iis detegi possent, cunctaque instar saxi dura, & sibi invicem allisa sonora, quædam vero tam subtilia erant quam metallum vel frustum Porcellanum. DiffRACTA hæc frusta interne articulos suos exhibebant, sed nigræ pelliculæ nil fere supererat, atque cor in plurimis frustis adeo conmolitum erat, ut facile conteri & perterebrari posset, unde & amuleta ex iis confici curabam.

Albissima frusta ultra pennam crassa, & candelæ obversa femi pellucida erant, ita ut distincte nigri articuli in iis notari possent. Puto cuncta hæc frusta non longe dispersa unius fuisse arbusculæ, quæ præcedenti anno per ingentem terræ motum eradicata, & contra durum & ferreum litus projecta in frusta ista fuit comminuta & dispersa. Aliquot dein post annos mense Novembri idem litus per meos pueros jussi examinari, qui alia iterum invenere frusta, sed non tam copiosa quam prima vice, usque in septimum annum.

Ex quibus concludo, plures tales arbusculas in isto loci mari, quarum maturissimi rami quotannis separantur, & in litus projiciuntur, quales in Bandæ insulis, Poeloay, Peloron, & Rossingeyn in quibusdam annis reperiuntur, cunctaque hæc frusta fordide alba, saxea, & polita reddita sunt, non multum diversa a Nussanivenfi.

Alia porro primæ speciei varietas a pueris meis in insulis Loeffa pynjoe inventa fuit, quæ articulos gerebat longissimos, ac fere sine istis nigris collis, profunde sulcatis, & sonitum edentes, nec facile frangentes, sed odor non tam præstans erat quam prioris. Mare ibi tam vehementes agit fluxus & æstum, ut totæ arbusculæ in litus projici non possint, quum in frusta mox dissiliabant, rami tamen erant ultra pollicem crassi.

Nomen.

De wortel met den ondersten stamts met verscheiden bulten, en bolligbeden in den Kraalsteen zoo verwert, dat men ze kwalijk separeeren kan, daarom men de wortel meest weg smyt. Hier en daar aan de takken ziet men eenige wratten, binnen bol, al of bet blaasjes waren.

2. De Zeezoorte is diergelyke boompje, dog zyn gebeeledaante is de menschen nog meest onbekent, want men niet dan stukken en takken daar van heeft, waar uit men afnemen kan, dat het niet veel van de voorgaande verschille, dan dat het grooter en dikker zy, en wat anders geteekent. Want de onderste takken zyn een band of span lang, een vinger of duim dik, hebben kleine of schier geene zwarte balzen, egter als men ze met een klein geweld in stukken breekt, zoo geschiedt dat altyd in de leden, daar aan men de't zamenvoegingen bekenen kan, boven zyn andere, dog weinige korte takken daar aan, die bare witte leden en zwarte balzen hebben, gelyk het voorgaande, dog vastter aan malkander houdende, en glad gesleept.

De dikke takken zyn ook meest glad, daar aan men effen de Koralyne streepen kennen kan, schuins, en in de lengte gaande.

Buiten is het vuil-geel, als besmeert Yvoor, en besterft met 'er tyd wat grauwig, binnen is het wit, gelyk ordinarijs Yvoor, ook met een klein wit bertje, daar men rondom donkere rollen ziet, met eenige overblyfsels van 't zwarte vliesje, byzonderlyk in de gebrooke leden.

Want het schynt, dat het in 't eerste altemaal geleedt is, gelyk het voorgaande, maar daar na van buiten met de witte substantie begroeit, waar door de zwarte velletjes binnen steeken, en bedekt blyven. Men heeft ze nooit met een schorje gezien, om dat het meerendeels oud is, als het door de Zee uitgespoelt werd. Want zelden haalt men takken op met een Vishoek, die niet anders dan een slymerigheid om zig hebben.

De substantie dexes Kalbabaars is wel steenbard, zy moet egter ligter zyn dan het voorgaande, en de stuken tegen malkander geslagen moeten een doove klank geven, als of 'er hout onder gemengt was, want het geene als pure steen klinkt, werd voor zoo goed niet gebouden, gelyk het geene, dat lange op strand gerolt heeft, zynde door de Zee en zee te zeer versteent, zyne deugd kent men ook daar aan, als het in 't wryven weinig van de keiagtigen, maar meer van den geroosten broods reuk heeft, die het ook in 't water behouden moet, als men 't indrinkt, nog andere preuven ziet kort hier naar.

Omtrent de boek van Nussanive, daar de grond der Zee zeer steenig is, groeit diergelyke boompje diep in Zee, waar van ik anno 1675. op deszelf Zuidstrand veele stukken gevonden hebbe, al te maal schoon wit als Yvoor, zoo glad gerolt, dat men effen de Koralyne aderjes daar aan bekenen konde, al te maal steen bard, en tegens malkander geslagen, klinkende zommige zoofyn als Metaal of Porcelain. In stukken gebrooken, bevont men, dat ze van binnen bunneneden leden hadden, dog van 't zwarte vliessen kost men schier niets vinden, ook was het hard in de meeste stukken zoo vergaan, dat men 't ligt bryzelen en doorbooren konde, wesbalven ik daar Koralen van liet drajen.

De witste stukjes ruim een schaft dik, tegens een kaarsse gebouden, waren half doorschynend, zoo dat men bescheidentlyk de zwarte leden daar in bekenen konde. Ik giste, dat alle deze stukken niet ver van malkander verstrooit leggende, van eenen boom waren gekomen, die in 't voorgaande jaar door dat groote aardbeeven uitgewortelt, en tegens dien yseren strand in stukken mogte geslagen zyn, maar na eenige jaren in November, den zelve strand door myne Jongens latende visiteeren, hebbe al wederom andere stukken gevonden, dog zoo veel niet als in 't eerste maal, tot in 't zevende jaar toe.

Waar uit ik besluite, dat veele boompjes in de zelve Zee moeten staan, waar van jaarlyks de rypste takken werden afgeslagen en opgespoelt. Zoodanig als men in de Banda'sche Eilanden, Poeloay, Poeloron, en Rossingeyn, in zekere jaren veele van deze stukken vindt, alle vuil-wit, steenbard, en glad geschuert, van de Nussanivisse niet verschillende.

Nog een andere veranderinge van de eerste zoorte, heb ik op de Eilandekens Loeffa pynjoe, door mynen jongens gevonden. Hebbende zeer lange leden, schier zonder zwarte balzen, diep gestreept, en klinkende, niet ligt breeken, van reuk zoo goed niet als het voorgaande. De Zee brand daar zoo hard aan, dat men geen gebeeledaante aan strand koste brengen, of wierden in stukken geslagen, egter bleeven 'er takken aan, ruim een duim dik.

F f 3

Naam.

Nomen. Latine *Accarbarium album*; Malaice *Kalbahaar puti parampuan*, h. e. *Femina*, quum præcedens monoclonos pro mare habeatur, ac solummodo *Kalbahaar puti* dicitur.

Carolo Clusio libr. 6. Exotic. cap. 8. vocatur *Hyppuris faxea*, ejusque tenuem depinxit ramulum, sed ex descriptione adparet, ejus naturam & qualitatem tunc temporis nondum fuisse cognitam. Prima species dici posset *Accarbarium album litoreum*. Altera *Accarbarium album pelagium*, & cum ratione etiam *Corallium album Indicum*, nomen enim *Hippuris* minus vile est huic nobili plantæ, licet per articulos suos optime illam æmuletur plantam. Amboinice *Hatuëbu pute*, populis *Ceramæ Orientalis Sgarofuti*. Hitoenses vocant *Accarbarium pelagium* haud male *Hatu luli*, h. e. *Os faxeum*, quum æque ossa quam saxa referat, ipsique in usu quoque est ad *Choleram*, omnesque ardores.

Locus. Prima seu litorea species vulgaris est circa Amboinæ & Moluccæ insulas, ubique ubi plana sunt litora, & ingentes portus, in quibus ista alba *Corallia* frequentia sunt, quæ deih describuntur. Nunquam enim, quantum novi, in aliis id vidi crescere lapidibus. Plurimum Amboinense reperitur in fretis Boeronis, Amblauæ, Manipæ, ora Boreali *Ceramæ*, ac præsertim in sinu *Kauwæ*, in profunditate binarum & quatuor orchiarum aquæ, immo aliquando defluente aqua nudum conspicitur.

Secunda species carissima est, ac raro reperitur, quum in profunditate sexaginta & nonaginta orchiarum crescit, cujus nil nisi delapsi & abrupti rami conspiciuntur. Optima invenitur circa istas *Bandæ* insulas, præsertim in submersa *Roffingeyna*, quæ jam ad profunditatem quarundam orchiarum sub aqua sita est.

Secundum locum obtinet *Ternatense*, quodque invenitur circa insulam *Bonoam*, *Aflahædi*, *Kauwan*, & sinum *Hatoewes*. Tertium locum sibi vindicat *Nusfanivense*.

Reperitur quoque in insulis ante *Johor* sitis, sed raro, ac porro in boreali *Borneo* & *Celebis* ora. Ejus pretium est aliquando sesqui, immo duplex pondus argenti, secundæ nempe sive marinæ speciei, prima enim multo vilior est.

Ufus. Omne *Accarbarium album* tam *litoreum* quam *pelagium* ab incolis hujus *Orientalis Archipelagi* in magno habetur pretio, & apud eos tanti fit, quanti apud nos *Corallia rubra*, immo apud quosdam multo pluris, præsertim apud *Ternatenses*, cujus rei justam haberent rationem, si vires possideret, quas ipsi tribuunt, sed quæ a nostra natione nondum inquisitæ vel acceptæ sunt, licet incolæ id audacter perhibeant.

Generaliter ipsi virtus tribuitur venenum resistendi, cor confortandi, ardorem febrilem minuendi, ac fervorem stomachi & bilis, ut & quamvis *Choleram* sedandi. Nullumque antidotum ab hoc *Orientali* populo præparatur, in quo hoc *Accarbarium album* non tanquam basis est, licet alias etiam admisceant species, præsertim cineream & nigram, cum quibusdam conchis & ossibus tam marinorum quam terrestrium animalium. Qualia sunt *Corallia rubra*, *Ebur*, dentes piscis *Doejong*, *Cornu Cervi*, *Solenes integri* &c. *Album* sive solum, sive cum nigro mixtum propinatur, si quis adsumpserit fortissima & cerrosiva quasi purgantia.

Item contra *Choleram*, æstum bilis, & vomitus vehementes, contra quemvis noxium cibum & *Boletos*. *Aurum*, *argentum*, *Perlæ*, *Smaragdæ*, & *Granatus*, vel hisce adfines in minori dosi ipsis admiscuntur contrita, hæc non tantum veneno resistunt, sed etiam quibusvis malitiis & vitiis, quæ alicui adferuntur per potus amatorios ex incolarum opinione. *Aurum* vero & *argentum* ex meo judicio magis proficuum est crumenæ, quam hominis stomacho.

Album sive solum sive cum cinereo mixtum, & cum aqua contritum, propinatur in ardentibus febribus ad æstum minuendum, & cor confortandum. Post peractam purgationem exhibetur quoque ad *Gonorrhæam* subprimendam, ut & ad *album* *feminarum fluxum*. Ad plura alia vitia & morbos in usu est apud Incolas, sed quorum non tantam habemus experientiam quam priorum.

Quum

Naam. In 't Latyn *Accarbarium album*; in 't Maleits *Kalbahaar puti parampuan*, dat is het wyfken, omdat het voorige eensteelige voor 't manneken werd gehouden, en slegt *Kalbahaar puti* genaamt.

Carol. Clus. lib. 6. Exotic. cap. 8. noemt het *Hyppuris faxea*, en heeft een dun takje daar van doen afschilderen, dog uit de beschryvinge blykt, dat zyne natuur en deugden doenmaals nog niet bekend zyn geweest. De eerste zoorte mag men noemen *Accarbarium album litoreum*. De tweede *Accarbarium album pelagium*, en met reden ook *Corallium album Indicum*, want de naam *Hyppuris* is te slegt voor dit edel gewas, hoewel 't met zyn leden zeer wel na dat kruid gelykt. In 't Amboinse *Hatuëbu pute*, by de Oost-Ceramers *Sgarofuti*. De *Hitoensers* noemen het zee *Accarbaar* niet qualyk *Hatu luli*, dat is een steenig been, om dat het zoo wel beenen als teenen verbeelt, en is by haar in gebruik tot het *Bort*, en allerhande brand.

Plaats. De eerste of strandzoorte is gemeen, omtrent deze Amboinsche en Molukse Eilanden, over al, daar vlakke stranden en groote Reeven zyn, waar op het vol van die witte Kraalsteen is, die hier na zullen beschreeven werden. Want ik heb het mynes erimmers nooit op andere steenen zien wassen. Het meeste Amboinse werd gevonden op de Reeven van Boero, Amblau, Manipa, de Noordkust van *Ceram*, inzonderheid in de bogt van *Kauwa*, op de diepte van twee en vier vademen waters, ja zomtyds valt het met laag water schier bloot.

De tweede zoorte is zeer duur, en werd weinig gevonden, om dat het op sestig en tnegentig vademen diepte waft, waar van niets dan de afgevalle, en afgescheurde takken voor den dag komen. Het beste vindt men omtrent de voornoemde *Bandase* Eilanden. Inzonderheid op het verdrongen *Roffingeyn*, dat nu eenige vademen diep onder water leid.

De tweede prys geve ik aan 't *Ternataansche*, en het geene gevonden wort omtrent het Eiland *Bonoa*, *Aflahædi*, *Kauwa*, en de bogt van *Hatoewe*. De derde plaats mag het *Nusfanivise* bebouden.

Men vindt het ook in de Eilanden, die voor *Johor* liggen, dog weinig, en voorts op de Noordkust van *Borneo* en *Celebes*. Zyn prys is zomtyds anderhalve en dubbelt gewigts silvers, te weeten van de tweede of Zeezoorte, want de eerste is veel slegter.

Gebruik. Al het witte *Kalbahaar* zoo strand als zeezoorte, werd by de Inlanders dexes Oosterfchen *Archipelagus* in groote agting gehouden, en by hunlieden zoo hoog geagt, als by ons de roode *Koraalen*. Ja by sommige nog veel meer, inzonderheid by de *Ternatanen*, waar toe ze goede reden hadden, indien het van die kragten was, die ze bem toeschryven, dog by onze Natie nog niet onderzocht of aangenomen, hoewel de Inlanders zeer vast daar op staan.

In 't generaal werd hem de kragt toegeschreeven, het venyn te wederstaan, het hert te sterken, de brand in de koortzen te verminderen, en het woeden van de maag en galle, en alderhande bord te stillen. Daar werd geen tegengift van deze Oosterfche Natie toebereidt, daar in het witte *Kalbahaar* niet het fundament zy, hoewel ze de andere ook mede daar by mengen, voornamentlyk het zwarte en grauwe, met nog eenige *Hoornen* en *Beenderen* zoo wit zee als landgediertens. Als *Bloed-koraalen*, *Tvoor*, *Tanden van den Vis Doejong*, *Herteboorn*, *Solenes integri*, of *Zeepypen* &c. Het witte alleen, of met de zwarten gemengt, geeft men in, als iemand scherpe *Corosyve* *Purgatiën* ingenomen heeft.

Item tegens het *Bord*, woeden der galle, en heevig braken, tegens alderhande schadelyke kost, en *Kambernoelien*. *Gout*, *Zilver*, *Peerlen*, *Smaragden*, en *Granaten*, of bare medezooten in kleine quantiteit daar onder gewreeven, refisteeren niet alleen het venyn, maar ook alle schelmeryen, en kwalen, die iemand door liefdranken aangedaan werden na de manier der Inlanders. Dog na myn oordeel, gout en zilver meer goet in de beurs als in 's menschen mage doet.

Het witte alleen of met het grauwe gemengt, en gewreeven met water, geeft men te drinken in heete koortzen, om den brand te minderen, en het hert te sterken. Na gedaane zuivering werd het ook ingegeven om *Gonorrhæam* te stoppen, en den witten vloed der *Vrouwen*. Tot veel andere gebreeken meer gebruiken 't de Inlanders, waar van wy zoo veel experientie niet en hebben, als van de voorgaande.

Dewyl

Quum incolæ in ea versantur opinione, Accarbarium diu in litore depositum petræfactum esse, ac multum perdidisse de ejus virtutibus, hinc ad usum medicum nulla alia volunt adhibere frustra, quam quæ ab urinatoribus piscatoribusve per hamos recentia ex mari producta sunt, vel saltem non diu in litore decubuerunt.

Nihilominus tamen de cunctis dubitant frustis, ipforumque vires explorantur per artem quandam, qua non modo quodvis Accarbarium examinant, sed quasvis etiam mesticas, quæ sunt lapides ex animalibus, fructibus, & lignis petiti, an boni sint valoris nec ne, hoc autem fit per succum Limonum acidorum, quem in finem Limonellus, seu Limon Nipis optimus est, dictæ enim res in eo tentatæ statim ebullire vel bullas undique emittere debent, si ex ipforum sententia bonæ sint notæ.

Quum vero istud tentamen & experimentum non certum est, multosque elegantes perdit lapillos seu mesticas, quæ splendorem amittunt, ac præterea putamus injustam de Accarbario ferre sententiam, si id habeant enervatum, quum aliquamdiu in litore procubuerit, nisi esset totum petræfactum, cariosum, vel foraminibus exesum, hinc præferimus supra memoratos characteres optimorum frustulorum ad Accarbarium pelagium memoratos (hoc enim fere solum ad usum Medicum eligitur, ac litorea species non nisi defectu pelagii) nempe ne minis faxeæ sint, neque sonum edant instar lapidis, sed ipforum pondus sit medium inter lignum & saxum, ac sonus obtusus, & odor instar panis tostii. Attamen Lectori tradam experimenta, quæ cum succo Limonum institui in variis rebus, uti sequentia id indicant exempla.

Nigri Accarbarii ramosi inferiora frusta, binos crassa pollices, in Limonum succo inposita mox ebulliunt copiose, sed superiores rami vix vel non. Hoc idem obtinet in nigro monocloro Accarbario, omnique, quod corneæ est substantiæ. Inter album Accarbarium maxime æstuat Amboinense articulatum, seu litorea species, quæ tamen vilior censetur Pelagio, ac Ternatense articulatum, quod pluris fit, magisque lignosum est, vix ebullit.

Nussanvienne pelagium vix vel tarde ebullit. Ejusque frusta, quæ sonum edebant faxeum, fortiter ebulliebant, uti quoque Corallium rubrum ramosum, quorum optimum censetur, quod per senectutem a mari sponte ejicitur. Cinerea crusta Accarbarii nigri tarde nec copiose ebullit. Sic quoque facit crassa testa Bia Garu, si per aliquot tempus in succo deponatur. Cunctum cinereum & lignosum Accarbarium vix ebullit, sed ramosum magis monocloro. Corallium rubrum spurium cito & copiose ebullit.

Pupilla vel integumentum majoris Matta boelang, quod *Auris gigantum* vocatur (estque cornu forma Limacis, sed magnitudinem habet capitis infantis, interne elegantis Perlariæ substantiæ, externe rugosum & obscurum) sique in eo tenetur, tarde sed dein fortiter coquit. Cornu, Ebur, dentes, & ossa piscium & animalium nullo modo ebulliunt. Inter Mesticas solummodo eæ coquant, quæ non pellucidæ sunt, licet claræ & albæ, sed splendorem per eum perdunt succum, unde tentamen per Limonum succum incertum est, & rejiciendum.

Aliæ Mesticae siue pellucidæ siue obscuræ, duræ, & ex animalibus productæ, & licet genuinæ, nullo modo ebulliunt. Ex quibus Lector determinare potest incertitudinem horum experimentorum, quibus statuitur, verum album Accarbarium oportere ebullire, & ex quibus simul patet, multas præstantes & veras species Accarbarii vix vel non coquere, & contra istud spurium rubrum Accarbarium æstuat quam maxime.

Ut nunc iterum redeamus ad vires albi Accarbarii, sub quo semper binas intelligimus dictas species, licet Pelagium præferatur, sic vidi præ aliis id adhibitum fuisse in Amboinensi exercitu, in quo Hæmoptyæ & fluxus Dysentericus plerumque prædominant, ad quos morbos Accarbarium quam maxime in usu est, sed potissimum in primo seu Hæmoptyæ, uti & in secundo seu isto fluxu, qui suspicabatur ortum suum habere ex noxio quodam & quasi corrosivo cibo, qui in exercitiis aliquando sine discrimine ingeritur.

Dewyl nu de Inlanders in dat gevoelen zyn, dat bet Kalbabaar langen tyd op strand gelegen hebbende zeer versteen, en veel van zyn kragt kwyt zy, zoo willen ze tot de Medicyn geen andere stukken hebben, dan die door de Duikers of Vissers met een visboek vers uit zee gebaalt zyn, of immers niet lang op strand gelegen hebben.

Niet te min twyffelen ze aan alle stukken, of die nog kragtig zyn, waar toe ze dan een zeker konststukje hebben, om niet alleen al het Kalbabaar, maar ook alle Mesticas (dat zyn steenen uit gediertens, vrugten, en houten gebaalt) te probeeren of ze nog goed zyn of niet, dit geschiedt door sap van zure Lamoenen, waar toe de Limonellus of Limon Nipis de beste is, want de voornoemde dingen daar in gesteecken, moeten terstont koken, en bobbels rondom baar opwerpen, zoo ze na haar gevoelen nog goed zyn.

Maar dewyl de voorschreeve proeve niet vast gaat, veele mooie steentjes bederft, en van baar glants berooft, daar en boven oordeelen wy, dat ze het Kalbabaar ongelijk doen met het zelve voor kragteloos te houden, als bet een tyd lang op strand heeft gelegen, 't er ware dat het geheel versteen, uitgemolsent, en met gaten doorvreeten was, zoo bou ik 't met myn bovengeselde kenteeken, van de kragtigste stukjes onder het Accarbarium Pelagium (want dit schier alleen tot de Medicyn verkoozen werd, en de strandzoorte niet dan by gebrek van 't Pelagium) te weten, dat ze niet te steenig moeten zyn, nog klinken als steen, maar dat ze een middelzwaarte tusschen hout en steen moeten hebben, een doove klank en reuk, als geroost brood. Ik zal egter den Lezer mededeelen, wat voor experimenten ik met het Lamoensap aan verscheide dingen gehad hebbe, gelyk by volgende exempelen blykt.

Van het zwarte getakte Kalbabaar de onderste stukken, twee vingeren dik, in de Lamoensap gestooken, koken terstont, en veel, maar de bovenste takken weinig of niet. Zoo doet ook mede het zwarte eensteelige Kalbabaar, en al het geene dat hoornagtig van substantie is. Onder het witte Kalbabaar kookt het Amboinsche geleeede of strandzoorte op 't allermeeeste, die nogtans voor siegter gebouwen werd dan het Pelagium, en het Ternataanse geleeede, dat booger geagt werd, en boutagtiger is, kookt weinig.

Het Nussanviffe Pelagium kookt matelyk, dog langzaam, en die stukken, die daar onder klonken als steen, kookten sterk, gelyk ook dede het Vaderlantische Bloed-koraal in takken, waar onder men nogtans voor de beste hout, die door ouderdom van de zee zelfs uitgeworpen werden. De grauwe korste van zwart Kalbabaar kookt langzaam en niet veel. Zoo doet ook de dikke schale van de Bia garu, als men ze wat lange in het sap hout. Alle het grauwe en boutagtige Kalbabaar kookt weinig, dog het getakte meer dan het eensteelige. Het roode bastaart Koraal kookt baastig en veel.

Het oog of dekzel van de groote Matta boelang, anders *Auris gigantum*, dat is Reusenooorengenaamt, (zynde een hoorn van gedgante als een Alykruike, dog zoo groot als een kinder hoofd, van binnen schoon Perlemoer, van buiten ruig en donker) daar in gebouwen, begint langzaam, maar kookt daar na sterk. Hoorn, Yvoor, Tand, en Beenderen van Vissen en Gediertens, willen gants niet koken. Onder de Mesticas koken alleenig, die niet doorschynend zyn, hoewel helder en wit, maar verliezen daar door baren glants, daarom deze proeve door Lamoensap verwerpelyk is.

Andere Mesticas, die doorschynend zyn of donker, hard, en uit gediertens komen, al zyn ze opregt, willen egter niet koken. Waar uit de Leexer afneemen kan de onzekerheid van deze proeve, waar by toegestaan werd, dat het opregte witte Kalbabaar wel koken moet, maar waar uit ook blykt, dat veele goede en opregte zoorte van Kalbabaar niet of weinig koken, daar en tegen dat lompen roode Kalbabaar kookt op 't meeste.

Om nu weder tot de kragten van 't witte Kalbabaar te komen, daar onder wy altyd de twee voornoemde zoorten zonder onderscheid verstaan, hoe wel 't Pelagium altyd voor getrokken werd, zoo heb ik gezien onder anderen 't zelve gebruiken in de Amboinsche Veltleegers, daar bloedspouwen en bloedgank gemeenlyk regeeren, tot de welke het Kalbabaar gebruikt werd, dog meest in 't eerste bloedspouwen, als mede in 't tweede, dat gepresumeert wierde zyn oorzaak te hebben uit eenige schadelijke Corrosieve kost, diergelyken in de Leegers zomtyds zonder onderscheid genuttigt werd.

Hunc in finem quidam fumunt album & nigrum Accarbarium cum rubri Sandali anatica parte supra porphyritum contrita, quæ pulpa per aliquot dies cum aqua propinatur, & etiam adhibetur in mictu cruento & dolorifico in Gonorrhæa & Dysuria. Contra Hæmoptem & tussim cruentam, quæ ex acri oritur materie, & alicui ab exteriori causa adlata est, istis Accarbariis jungendi sunt dentes piscis Doëjon, simul cum aqua contriti & propinati.

Ceramlaunenses, & incolæ insularum ad Eurum sitarum iis quoque utuntur contra Cephalalgiam ex ardore vel solis æstu ortam, cum aqua contritis & propinatis, unde levis sudor oriri debet, si boni sit successus. Hoc aliaque Accarbaria saxosa nequitiam more Pharmacopæorum in mortariis æneis contundenda sunt, unde ingratum aheneum conquirunt saporem, & vomitum causant.

Hoc comprabatum fuit mira cura, quam bini milites instituere volebant, quorum unus audiverat in domo mea, album Accarbarium adhiberi contra febres, qui itaque hoc in mortario æneo contundebat, suoque focio id semel bisve exhibebat, qui laborabat febris, qui hinc quam vehementissime vomebat, nec ejus ullam dosin amplius volebat assumere ob ingratum saporem, quem in faucibus causabat, febris autem cessabat, & hinc ejus socius tanquam Medicus putabatur artem egregie callere. Ipsius febris sine dubio ortum duxerat ex ventriculo depravato, quæ simplici vomitorio erat curanda, quod hic casu per Accarbarium factum est, quodque vim istam vomitoriam per Æs adtraxerat.

Hoc itaque, cunctæque plantæ marinæ, quas propinare quis vult, supra planam, duram, & paulo rugosam porphyritum conterendæ sunt simplici modo in aqua, quæ continuo per canalem effluere debet in cyathum, atque tum sic ingeritur.

Hunc in finem optimæ censentur tales cinereæ porphyrites, quæ ex Sumatra deferuntur, Batu atschib, h. e. lapis Atschinensis dictus, & de industria in hunc formantur finem, superne tanquam theca plana cum ora elevata, & apertura seu canalis ad superiorem seu angustissimam partem. Hunc in finem etiam valent frusta Mortaviaræ, quæ ad internam partem rugosa sunt instar pellis Lamii piscis.

Ternatenses antea solebant ex albis Accarbariis primum locum dare *Accarbario pelagio*, quodque in tam caro habebant pretio, ut non minus quam duplici pondere argenti vellent mutare, hodie autem amplexi sunt sententiam Tidorensium, qui cinereum lignosumque Accarbarium pro optimo censent, uti supra ex Capite 14. patet.

Tabula Octuagesima quarta

Accarbarium exhibet album, seu pati vulgare A.

B. est idem ex profundo maris, quod optimum censetur, & Pelagium dicitur.

C. idem est, in quo nigrum prævalet albo.

OBSERVATIO.

Accarbarium hoc album, Corallii quoque species est, vocaturque Corallium album geniculatum a Boerb. Ind. H. L. Bat. pag. 4. & Corallium articulatum Imperati Hist. pag. 809. Hyppuris saxea a Clusio exotic. pag. 124. &c.

Hier toe nemen sommige wit en zwart Kalbabaar met roode Zandel, elks even veel, op een steengewreeven, en eenige dagen met water gedronken, 't welk men ook gebruikt in 't bloedige en pynelyke wateren, by de Gonorrhæa en Dysuria. Tegen het bloed-spouwen, en bloedige boesten, dat van scherpe materie komt, van buiten iemand bygebragt, moet men by de voornoemde Kalbabaars voegen, de grootte tanden van den vis Doejon, t'zamen met water gewreeven en gedronken.

De Ceramlaauwers, en Inwoonders van de Zuidooster Eilanden gebruiken 't ook tegens hoofdpijn, die van hitte en zonne brand komt, met water gewreeven en ingenomen, 't welk een klein zweetje verwekken moet, als 't helpen zal. Men moet dit, en alle steenige Kalbabaars geenzins na onze Apothekers manier in koopere Vyzels stampen, waar door ze een leelyken kooperen smaak bekomen, en braken verwekken.

Dit is geprobeert in een klugtige kure, onder twee Soldaten gepraëctizeert, van welke de eene boorende in myn huis, dat witte Kalbabaar tegens de koortze gebruikt wierdt, 't zelve in een kopere Vyzel stampte, en zyn Kammeraad een reis of twee daar van ingaf, die de koortze hadde, dewelke daar op aqneen sterk braken geraakte, en daar van niets wilde meer innemen, wegens zyn leelyken smaak, die het in de keel maakte. Dog de koortze verliet hem, en zyn Doctoor kreeg de naam, dat by de konst siks hadde. Zyn koortze onstont buiten twyffel uit een vervuilde maag, die met een enkel vomityf was te helpen geweest, 't welk hier by geval door 't Kalbabaar gedaan is, bebbende de brakende kracht van 't koper aangenomen.

Men moet dan dit, en alle Zeegewassen, die men innemen wil, op een vlakke, harde, of wat ruigen steen wryven, en dat met enkel water, 't zelve telkens door een geute laten afloopen in een kopje, 't welk men zoo drinkt.

Hier toe werden voor de besten gehouden zoodanige grauwe steenen, die men van Sumatra brengt, Batu atschib, dat is Atschinse steenen genaamt, en expres tot dezen einde gemaakt werden, boven als een vlak bakje, met een verbeete rand rondom, en een openinge of geutje aan 't voorste of smalste eind. Hier toe dienen ook de stukken van gebrooken Martavananen, dewelke aan de binnenzijde ruig zyn, als een Hajevel.

De Ternatansen plagten voor dezen onder de witte Kalbabaars aan 't Accarbarium pelagium den voorrang te geven. Zynde daar mede zoo duur, dat men 't niet minder dan tegens dubbeld gewigt zilver uit bunne handen heeft konnen krygen. Dog bedendaags hebben ze aangenomen het gevoelen der Tidoreesen, dewelke het grauwe boutagtige Kalbabaar voor 't beste houden, gelyk boven in 't veertiende Hoofdstuk te zien is.

De vier en Tagtigste Plaat

Vertoont by letter A. het witte Kalbabaar, ofte het gemeene Pati genaamt.

B. is het zelfde, uit de diepte der Zee gehaalt, het geen het beste gehouden, en het Zee-Accarbaar genaamt wert.

C. is het zelfde, waar aan meer zwart dan wit is.

AANMERKING.

Dit witte Kalbabaar is mede een soort van Koraal, en wert genaamt witte geleedde Koraal van Boerb. Ind. H. L. Bat. pag. 4. en geleed Koraal van Imperat. Hist. pag. 809. en de steenige Hyppuris van Clusius exotic. pag. 124. &c.



